

restituuntur. l. 8. l. 17. l. 18. §. 1. ff. d his, quæ ut indign. aufer. l. 29.
 §. 1. ff. de Iur. Fisc. Vult. d. l. Neque enim auxilium meretur, cui
 propter dolum, delictumque futum hereditatis emolumenntum ex-
 torquetur. l. 21. §. 1. ff. ad SCt. Silan. nisi heres ex negligentia pec-
 caverit, vel facti ignorantia deceptus aliquid admiserit, quo pri-
 vationem hereditatis commeruit: tum enim actiones non impro-
 be confusas sibi restitui, jusque debiti redintegrari postulare ju-
 re potest. d. l. 17. ff. de His, quæ ut indign. d. l. 21. §. 1. ad SCt.
 Silan. Brisson. d. l. Colleg. Jur. Argent. ad ff. tit. de Solut. th. 23.

XXIV.

Cæterum suus heres ipso jure ignorans quoque & invitatus
 sibi acquirit hereditatem, ita ut nulla opus habeat aditione. §. 2.
 l. d. Her. Qual. & Diff. §. 3. l. d. Hered. quæ ab intest. defer. l.
 14. ff. de suis & legit. hered. l. 3. C. d. Iur. deliber. proinde fieri
 non potest, quin si ipse ratione peculii adventitii vel castrensis
 patri, vel pater ipsi aliquid debuerit, hujus debiti confusio ipso
 jure quoque inducatur, per ea, quæ in præcedd. thes. dicta. quia ve-
 ro novo jure ex concessione Prætoris beneficium habet abstinen-
 di ab hereditate paterna ipso jure sibi acquisita, sequitur, quod
 si hoc remedio usus fuerit, jura sua nihilominus salva atque in-
 tegra sit habiturus, cum post abstentionem nominetenus sit heres.
 l. 30. §. 10. ff. de fideicomm. libert. sed sine effectu. l. 38. l. 57. pr. ff. de
 Acquir. Hered. si vero se se hereditati acquisitæ immiscuerit, per illam
 immixtionem demum confusionis effectus plene inducatur, quo-
 niam tunc cum effectu factus est heres. d. l. 38. ff. d. A. H. l. 10. C.
 d. Iur. deliber.

XXV.

Successionis universalis præcipua quoque species est bono-
 rum possessio. §. f. I. per quas person. cuique dom. acquir. l. 24. §.
 1. ff. Famil. ercisc. acquiritus enim per eam, non minus ac per here-
 ditatem rerum universitas, quæ commoda & incommoda, jura de-
 functi activa & passiva complectitur. l. 1. l. 3. ff. de bon. possess. l. 13. pr.
 ff. de bon. possess. contra tabb. quod si ergo quis non quidem Jure Ci-
 vili heres, sed beneficio Prætoris bonorum possessor seu successor
 honorarius factus fuerit, omnia jura, quæ vel ipse circa res defuncti,

2. Bonorum
possessio.

C

vel